



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia XLV. Et deridebant eum. Ipse uerò eiectis omnibus assumit patrem & matrem puellæ, & eos qui secum erant, & ingreditur eò, ubi puella erat iacens: prehensaque manu puellæ dicit ei: Thalitha ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

Quum signum luctus cornu graue mugit aduaco
Tibi, cui reueres fuerum producere manes
Legi Phrygum moesta, &c.
Et nostro seculo aliquas huius superstitionis reliquias apud
Græcos superesse ferunt. Nec aliunde manavit, quod hodie qui fide in Christum gloriantur, funera
legunt. Sunt hæc gentilitia superstitionis monumenta, qua ut retineantur sedulo incumbit satan, quia
illæ superstitionis foverit, & fides labefactatur; quæ animas credentium, sacris eiusmodi nequaquam
debetur in funeribus non damnant, quem videlicet charitatis affectus & defunctorum desiderium
in nobis excitat: cui olim sanctissimos patriarchas, & postea primitivæ ecclesiæ fideles in Stephani
fatuæ resurrectionis ignorant. Honorificè autem corpora defunctorum sepeliri debent, ut si solent, qui spem
aliquando spiritus sancti templa fuerit, tum quod illa ad gloriam resurrectionis esse scimus. Et cum
fatisque reverentia, ne quid vel ex inveterata consuetudine, vel incogitantia faciant, quod
cum superstitione coniunctum, Christi merito & fidei doctrinæ quicquam deroget. Cauebunt autem,
si omnibus his abstineant, quæ ex gentilitio in ecclesiâ inuexit Romanus Pontifex, qui supersti-
tiorum hominum funeribus infelices illas harpyas, sacrificulos nimirum & Monachos potissimum
dicere & dicare consuevit. Si enim tibi cines hocse Christus eiecit, cur hodie non inuestiant, qui Chri-
stiani haberi volunt?

Contra gentili-
tios funerum
ritus.
Ioan. 5.
Ge. 33. 49. etc.
Actor. 8.
1. Theff. 4.
1. Cor. 6.

Quæ Christum audiamus, qui lugentes compefcit, quod vel ficto vel superstitioso luctu puella huius
mortem prosequerentur. Rationem verò subiicit, quod illa non mortua sit, sed dormiat. Quo verbo
nec illos luctu, nec inani spæ luctus de morte rectè & piè indicare docet. Hanc enim scripturæ pas-
sam somnum vocat, & eos ob dormiuisse dicit, quos mundus mortuos esse clamat. Ita verò loquitur
post resurrectionis spem, in qua corpora nostra, tanquam ex somno, ad vitam resurgent; prout
quidem, ut caelestis regni gaudio fruamur: impii verò, ut sempiternas scelerum abs se patrio-
nam penas exolvant. Hinc etia mos ille apud veteres inoleuit, ut sepulturae loca κοιμητῖα (quod
Latine Dormitoria sonat) dicerent, & illa ipsa templis vicina esse voluerint, ut in resurrectionis
fide magis confirmarentur, & simul intelligerent, mortuos quoque ab ecclesiâ nequaquam exclusos
esse cum nec mors nec vita (sicut Paulus ait) nos separare possint à dilectione Dei. Ut verò doctri-
nam hanc mundus deridere soleat, in sequentibus patebit. Prodest autem in horum consideratione
fraternitatem versari, ut resurrectionis spem in tentationibus confirmemus, & eiusdem memores peccati
blanditijs & affectuum illecebris maiori constantia & studio resistamus: ut nobis olim in caelis vi-
tare deatur cum Christo Iesu domino nostro, cui debetur beneficium, honor, gloria & potestas in æter-
num. Amen.

Christus lugen-
tes cum tibi ca-
nibus eiecit.
Mors somnus
dicitur.
Ioan. 5.
Rom. 8. & 14.

HOMILIA XLV.

Et deridebant eum. Ipse uerò eiectis omnibus assumit patrem &
matrem puellæ, & eos qui secum erant, & ingreditur eam, ubi puella
erat iacentis: prehensaque manu puella dicit ei: Thalitha cumi, quod
est si interpreteris: Puella (tibi dico) surge. Et statim surrexit puella,
& ambulabat (erat enim annorum duodecim) & percussa sunt percula-
tione magna. Et imperavit eis multum, ne ullus id cognosceret: dis-
xitq; ut daretur illi quo uesceretur.

Quoniam propter peccatum omnibus nobis moriendi necessitas incumbit, & utile simul & ne-
cessarium est, ut quæ nam sit mortis conditio probe intelligamus, & de illa rectè iudicemus.
Hæc enim hæc errant, & aut illius metu superati ea faciunt, quæ cum salutis æternæ periculo coniun-
ctæ sunt: aut dum post hanc nihil superesse sibi persuaserunt, effreni peccandi licentia in omne scelus
effunduntur. Proderit ergo in præsentis historis consideratione diligenter versari: in qua Christus

Argumentum
& usus præsen-
tis loci.



Iesus non modo se mortis victorem esse ostendit, verum etiam que nam sit illius conditio, & quomodo in illa facere conveniat, pulchre docet. Puellam enim, que e vivis excefferat, dormire dicit, & postea eam mori secutus, que passim mortem somno confert, & eos obdormivisse ait, qui vulgo mortuorum dicuntur. Et enim corpora post diurnos labores ad somnum componuntur, ut huius beneficio recreentur, denud surgant, & ad opus intermissum redeant. Ita ubi vite presentis curriculum emersi sumus, ut mortem corpora nostra obdormiunt, in novissimo die resurrectura absq; omni corruptione, ut ad omni celorum possessionem idonea sint. Et sicut corpore dormiente, anima nec dormi nec cessat, usque operatur (sicuti in somnijs est videre) sic etiam corpus in morte obdormiat, anima tamen mori non expers, ad suum locum colligitur, tandem in iudicij die ad corpus reversura, ut cum illo vel eterna vite gaudijs fruatur, vel eterna scelerum penas sustineat. Sed accedamus ad presentem lationem, qui multa habet, que ad plenitorem huius rei illustrationem faciunt.

Et primo quidem ut Christi dictum acceperint narratur, qui puella mortem gentium merita debebant. Deridebant eum, inquit Marcus. Quo exemplo docemur, vitam in Christo & resurrectionis mysterium mundo ludibrium & risum esse. Cum enim carnis ratione omnia metiamur, fatemur, ut ea capiat que sunt spiritus Dei, nec etiam Dei verbo credere potest, si illud carnis ratione aduersetur. Hinc est, quod resurrectionis doctrina omnibus seculis irrisores habuit, qui quatuordecim in hac carni absurdum videntur, mirifica & ingeniosa scurrilitate exagitare consueverunt. Tunc inter Iudeos Sadducei fuerunt, ut ex illorum questione colligere licet, quam Christo impudentius proposuerunt. De gentibus vero quid dicere attinet, quando Paulum irrisum fuisse legimus, in Athenis, in celeberrima philosophia schola, de mortuorum resurrectione verba faceret. Nunc seculo desunt, qui & hanc & extremum Christi aduentum mundi consummationem nimis per liter negant, & ea omnino loquuntur, que Apostolus Petrus de illusoribus scribit, quos seculo venturos ratiocinatur. Est autem hac admiranda mundi stupiditas, qua impossibile esse surdum putat esse id, cuius tot undique in rerum natura exempla et viva imagine habentur. Quis enim non videat arbores & plantas quotannis hyberno frigore intermori, & easdem veterem reuiuiscere? Et nonne semina postquam in sulcis emortua fuerint, magno cum fructu procreantur? Aut cur impossibile videtur, hominem mortuum resurgere, cum Deus olim ex luto hominem, qualem huius ante fuerat, creavit?

Christi doctrina mundo ridicula. Ceterum non in hoc tantum articulo Christi doctrina ridetur, verum etiam in multis alijs. Non si sola fide in Christum homines iustitiam & salutem consequi dicas, aut electionem Dei eternam petaris, & eiusdem gratiam commendas, mox erunt, qui doctrinam istam non modo rident, sed etiam suis dissimam & bonis operibus inimicam explodant. Idem fit, si quis scelera arguat, & vice obedientiam veram constanter urgeat, in hoc incumbens, ut abnegatis carnis affectibus & humanis consilijs totos nos Dei verbo subijciamus, & fidei constantia crucem superemus. Sicut in articulo ridicula plane, imo intolerabilia, si quis illam fortius urgeat: nec exempla desunt eorum, qui in ista samando & videndo nihil proficiunt, tandem ad vim quocq; & tyrannidem conuertuntur.

Christus irrisores eijcit. Sed non est quod eiusmodi homines multum moremur, aut quicquam illorum iudicij irrisuimus. Eijcit enim illos Christus, & indignos indicat, qui vite & salutis mysteria intelligant. Et modo prebe cauendum est, ne irrisoribus istis coniungamur, quorum colloquia bonos mores corrumpunt, & dei fundamenta labefactare solent. Simul vero discamus a funeribus procul arceere ignaros, qui vel ad luctum conuertendum conducuntur, vel superstitiones cum fide & vera salutis ratione perantur exercent. Que enim stulticia est, lucus ministros & auctores conducere, quando consolatorem & beate immortalitatis spe animos erigi oportebat? Aut in quem finem obsecro mortui conuertur, campana sonant, & cerea tadeq; ardentes preferuntur, qui tam sensu omni destituti sunt, quam animae vel eterna luce cum Christo fruuntur, vel inferorum panis excruciantur? Nihil horum olim in primitiua ecclesia factitatum esse legimus: ceperunt autem ista, quando auaritia mensura, supersticiosa vulgi simplicitate ad questum potius abuti, quam errantes erudire voluit.

Parentes resurrectionis filie sue adhibentur fide hoc spectaculo plenius confirmari oportuit, et simul officij sui admoneri, ut huius rei per petuam

Christus de morte & resurrectione differens, videtur.
Act. 23.
Matth. 22.
Act. 17.
2. Pet. 3.

Christus irrisores eijcit.
Psal. 1.
1. Cor. 15.
1. Thess. 4.

Parentes resurrectionis filie sue adhibentur

mores,
mores
primis
viam
idem
Pot
nam ill
tus qui
dare, r
ab omni
potente
conform
na vite
illius r
efficit.
vocat
sonum
facti, q
ritus v
ad Cre
terrore
mendat
moris
easdem
H
per pe
quod a
saluat
per inc
excitac
pla iph
latifer
dilem
nem na
passi
esse pat
Deo ne
pro
Re
culos
nener
precep
animo.
Nobis
tiam in
gibus
cipuar
dempe
num.

meret, filiam in Christi cognitione instituerent, & huic illa per omnia consecrarent. Hoc ipsum Do-
 minus ab omnibus parentibus requirit, & pueros sibi adduci vult, eo quod ad tales regnum Dei cum
 primis perimeat. Quod etiam facit baptisimi mysterium, quo regeneratio & resuscitatio hominis ad
 vitam novam luculentissime adumbratur. Quapropter quotquot ex se prognatos illo tingi volunt,
 vitam novam luculentissime adumbratur. Quapropter quotquot ex se prognatos illo tingi volunt,
 vitam novam luculentissime adumbratur. Quapropter quotquot ex se prognatos illo tingi volunt,
 vitam novam luculentissime adumbratur. Quapropter quotquot ex se prognatos illo tingi volunt,

Porro quia puellam dormire dixerat Christus, illam perinde vt dormientem excitat. Nam ma-
 gnum illius apprehendit, & alta voce inclamans, illam surgere iubet. Nec mora, redit ad illam spiri-
 tus qui discesserat, & illa surgens ambulat. Et ne quid dubij superesset, Christus eidem iubet cibum
 dare, vt omnes illam & vitam & integra valemus restitutam esse scirent. Perfecta sunt enim &

ad omni dolo sine fucio aliena Christi miracula. Imprimis tamen hic illius virtus diuina elucet, qua
 puerum vitam & morti imperat, & qua olim nostra quog, corpora suscitabit, & suo corpori glorioso
 conformia reddet. Est enim ipse resurrectio & vita, & qui in ipso obdormierunt, per eundem ad eter-
 nam vitam & morti imperat. Nec id nosum aut insolens videri debet. Nam nouissimo quoque die
 illius vox audietur, qua in praesenti ad huius puellae excitationem abunde efficacis fuit, & tunc quoque
 vt singula mundi partes suos illos mortuos reddant, quos absumpisse videbantur. De qua
 voce intelligendum videtur, quod Paulus de tuba Dei extrema & archangeli voce scribit, ad cuius
 sonum & mortui resurcturi, & quos ille superstitis inueniet in momento immutandi sint. Et hic
 facit, quod Lucas spiritum puella istius redisse dicit, eum nimirum intelligens, qui antea in illa spi-
 ritus vita fuerat. Vnde patet nec animas in morte perire, sed abire in suum locum: piorum scilicet
 ad Creatorem suum, qui illas dedit: impii vero illuc, vbi congregati sunt omnes, qui postierunt

terrorem suum in terra viuentium. Ideo sancti iuxta Christi exemplum animas suas Deo patri com-
 mendant, & Paulus dissolui cupit, & esse cum Christo. Sunt haec nobis diligenter tenenda. Nam
 mortis terrorem reprimunt, & officij admonent, ne animas nostras mole peccatorum eggrauiemus, &
 eisdem constanti fiducia Deo commendemus per Christum, cuius merito redempti sunt.

Habemus praeterea in hoc luculentum nostrae redemptionis typum. Sumus enim omnes nos pro-
 pter peccatum morti & damnationi aeternae obnoxij, nec ex nobis ipsis quicquam facere possumus
 quod ad vitam consequendam faciat, sed corpus mortis (vbi illud Paulus vocat) circumserimus.
 Salvator vero est vnus Christus, qui solus, vt nos excitaret, nobis a Deo patre datus est. Is nobis
 per incarnationem suam manum praebuit, & nostrae naturae sese consortem fecit. Idem verbo suo nos
 excitat, & spiritum sanctum largitur, qui nos ex aeterno verbi semine renatos incolit, tanquam tem-
 pla ipsius Christi sanguine consecrata. Et sane clamat ad nos indies Christus, & monet, vt excusso
 latifero somno respiciamus, & salutem in ipso operemur. Surgamus ergo ex peccatorum luto, & am-
 bulemus in vijs praeceptorum ipsius, & cibum vitae aeternae sumamus, quem per verbi sui predicationem
 nobis ipse Christus proponere iubet. Vt enim in praesenti puellam hanc vere restitutam esse, hoc
 praestitimum argumento consistit, quod cibum sumpsit: Ita tunc demum nos per Christum restitutos
 esse patet, si cibum verbi Dei non fastidiamus, quo omnes eos delectari ipse Christus restatur, qui ex
 Deo nati, & gregis sui oves sunt. Quotquot ergo illud aspernantur, hi adduc letaliter decumbunt,
 nec pro ipsi agnosci possunt, quos Christus suo spiritu viuificauit.

Restat postrema huius historia pars, qua eos, qui praesentes fuerunt, rei nouitate vehementer per-
 culsus fuisse, narratur, & Christum iisdem interdixisse, ne hoc cuiquam dicerent. Nondum enim ad-
 uerat hora glorificationis sua, qua omnibus promiscue innotescere debuit. Deinde cauere oportebat
 praecepti vulgi iudicium, quod nihil moderatum habere solet. Nouerat praeterea hostiles sacerdotum
 animos, quos miraculis eiusmodi magis irritari sciebat, sicuti in Lazari rediitui historia videmus.
 Noluit ergo illis temere maioris imperatis occasionem praeberere, simulq, nobis suo exemplo pruden-
 tiam in rebus agendis & sanctae humilitatis studium commendat, ne ambitionis aestro abrepti, reli-
 gionis causam vel importunis praerogij turbemus, vel suspectam reddamus. Spectemus potius praer-
 ceptam huius historiae scopum, & Christum agnoscamus saluatorem nostrum, & illius merito re-
 dempti, vitam sanctam viuamus in ipso: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeter-
 num. Amen.

Deut. 6.
 Math. 19.
 Rom. 6.
 Christus puella
 lam resuscit. uat.
 Philip. 3.
 Ioan. 11.
 Ioan. 5.
 Math. 24.
 Apoc. 20.
 1. Cor. 15.
 1. Thess. 4.
 Luc. 8.
 Eccles. 12.
 Ezech. 32.
 Luc. 23.
 Act. 7.
 Philip. 1.
 Typus nostrae
 redemptionis.
 2. Cor. 3.
 Rom. 7.
 Ioan. 3. 14. 16.
 1. Cor. 6.
 Matth. 24.
 Ioan. 8. 12.
 Christus mira-
 culum hoc tacit
 vt uult.
 Ioan. 11. 12.
 Christum mira-
 culum hoc tacit
 vt uult.